

Dñica infra octa. Epiphanie

quomodo custodiui vobis diligenter. Hec est voluntas dei beneplacens. de qua David. **B**ñpla / citum est dño sup timentes eum ps. cxiij. quoniam timor custodit virum. Dicitur quoque mulier timeret adulterari cogitando quod vir eius respicit eam per fenestram. sic nihil possumus facere in hoc mundo quin totum videat deus per fenestras sue scientie. Ideo timere debemus ad instar mulieris que non audet loqui cum amasio suo respiciente viro. Quia timor dñi expellit peccatum. et sine timore est non poterit iustificari. **Ecc**i. j. **Et** **Ecc**i. xxvij. **S**i non in timore dñi tenueris te instanter subuertetur domus tua. Tertio vult a nobis deus saluationem celestialem. post conuersionem penitentialem et durationem virtualemente vult de nobis deus saluationem celestialem. Ratio. quia quelibet persona prudens et discreta vult ducere opus suum ad finem propter quem fit illud opus alias esset defectus vel potentie vel sapientie vel iusticie. **M**odo videamus propter quem finem fecit nos deus. non ut habitemus in hoc mundo finaliter. quoniam mundus iste non est nisi via quam intramus per portam natiuitatis et eximus per portas mortis. verbi gratia. ubi sunt illi qui erant? modo sunt tot anni. nec fecit nos deus isto fine ut congregemus pecunias nec reddidit? etc. quia omnia sunt dimittenda in morte. quia tam reges. domini. quam etiam pape et prelati dimittent suas dignitates etc. **N**ec fecit nos deus ut demus nos delectationibus carnalibus etc. ad instar animalium brutorum que etiam habent illas delectationes. sed fecit nos deus isto fine ut habeamus vitam eternam. **A**d **R**homa. vj. **F**inem vero vitam eternam suple habere. Si ergo quelibet persona vult quod opus suum veniat ad finem. multo magis deus Ideo vult deus de nobis saluationem celestialem que est finis noster. **A**utoritas. **L**uc. xix. **V**enit filius hominis querere et saluum facere quod perierat **S**ubditur. **N**on est voluntas ante patrem vestrum qui in celis est ut pereat vnus de pusillis istis. **M**atth. xvij. **Q**uestio diceret aliquis si voluntas dei est ut omnes saluentur. quare tot damnantur cum sua voluntas est omnipotens. **Q**uare ergo damnantur tot infideles. iudei. agareni. et tot mali christiani si deus vult ut omnes habeant saluationem celestialem. quare ergo tot vadunt ad damnationem. **R**esponsio quod voluntas dei est ut omnes saluentur sed tu non vis saluari. sed dices. volo saluari. **R**esponsio verum est verbo. sed non facto. **U**nde qui dicit se velle ire ad nusciam verbo et recipit facto viam versus maguntiam. meritatur. **I**dem superius dicit verbo. quod vult saluari et ire ad paradysum. sed facto recipit viam inferni **I**dem dicatur de quolibet peccato. **U**nde non est voluntas. sed velleitas. ut dicit sanctus **T**ho. in his qui volunt per viam peccatorum ire ad paradysum. patet ergo quod tu non vis saluari. voluntate

proprie dicta dum intendis in peccatis permanere. **N**ota de rege similitudine qui vult quod omnes de ciuitate habeant bonum et viuant. si dicatur. ergo quare suspenditis illum. **R**esponsio. quod fecit contra ordinationem meam. **E**go ordinavi propter bonum ipsorum ne fureretur aliquid. sed iste fecit oppositum. ergo etc. **I**dem de alijs peccatis **I**dem de deo qui vult quod omnes habeant bonum saluationis celestis. **I**deo ordinavit quod omnes infideles veniant ad fidem et baptisentur et ipsi nolunt obedire. ideo damnantur. quia deus non vult togere liberum arbitrium. **I**deo de christianis ordinavit decem precepta etc. et nolunt facere **I**dem de religiosis et clericis ordinavit ut viuant honeste etc. et nolunt. **S**icut enim bonus dominus et iustus vult quod omnes sibi subditi habeant bonum. **F**uando suas ordinationes. **I**ta et deus. quia ista est dei voluntas perfecta. **D**e qua dicit apostolus. **Q**ui cepit in bonis operibus bonum proficiet usque in die iesu christi. ad **P**hil. j.

Dominica infra octauas
Ephie. **S**ermo secundus

Reformamini in nouitate sensus vestri etc. ad **R**homa. xij. et in epistola dñice curreti. **P**ro declaratione etc. **S**ciendum quod in omnes creaturas quas deus fecit singulariter quid fecit in homine. **Q**uoniam alie creature aut sunt pure spirituales ut angeli. aut pure corporales ut iumenta. sed homo habet vtrumque. habet enim animam spiritualemente per quam participat cum angelis. corpus cum animalibus. deus fecit ut doctor qui facit aliquid quem librum. et post in fine libri totum epilogat in vno capitulo. **I**ta fecit deus qui fecit vnum magnum librum. scilicet istum mundum. in quo qui vult legere potest ibi legere dei potentiam in creatione. dei sapientiam in oratione. dei misericordiam in conseruatione. **F**ecit omnes creaturas corporales et spirituales. et vltimo hominem qui participat cum omnibus creaturis tam spiritualibus quam corporalibus cum lapidibus in esse. cum plantis in esse et viuere. cum iumentis in esse et viuere et sentire cum angelis in esse et viuere et sentire et intelligere. **I**llud videtur dicere scriptura sacra **Gen**. ij. **F**ormauit deus hominem de limo terre quantum ad corpus. **E**t factus est homo in animam viuente. **E**x hoc sequitur contradictio in homine. quia homo est ex duabus naturis contrarijs. scilicet corporali et spirituali. **C**orpus naturaliter vult descendere ad delectationes etc. **A**nima autem vult ascendere per contemplationem etc. **E**cce contradictio **A**utoritas. **A**d **Gal**. v. **C**aro concupiscit aduersus spiritum. et spiritus aduersus carnem. **A**ngelonihi contradicit. nec iumentis sed homini. quia quando vult facere aliquod bonum. statim sequitur contradictio. hoc bellum portamus nobiscum

Et quia ex hoc sunt multi inordinati in hoc mundo. propter hoc dicit nobis apostolus in themate Reformamini in nouitate sensus vestri. non dicit carnis sed sensus. id est anime. Ego quesivi amore vestri per quas virtutes homo potest reformari et inueni per tres. prima ordinat hominem erga deum. secunda erga proximum. tertia erga corpus proprium.

Prima est vera humilitas

Secunda liberalis pietas

Tertia pura castitas

Ex his dicit thema. Reformamini in nouitate. etc. **D**ico primo quod prima virtus qua homo potest reformari est vera humilitas que ordinat hominem erga deum. Nota quia quasi totus mundus securus est doctorinam illius mali magistri. scilicet luciferi qui docuit superbiam. Sic quomodo in serpente venit ad mulierem ad partem debiliores ville. et legit sibi lectionem superbie quando dixit quod essent sicut diuinitates bonum et malum. que statim superbiuit. Sicut enim habemus carnem nostram ab eua. sic etiam inclinamur ad superbiam. Sed vide qualiter deus reformauit mundum cum tanta humilitate. ita quod non potuit esse melior. docens et predicans. quod non sequantur doctrinam illius falsi magistri luciferi. sed quod discant ab ipso di. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. et inuenietis requiem animabus vestris. Matth. xi. Scutifer vel miles non vellet ire equitando si rex suus iret peditando nec sedere in scamno si rex sederet in terra. Ideo christus qui est forma humilitatis dedit nobis exemplum humilitatis. De quo apostolus ad phil. ii. Qui cum in forma dei esset semetipsum exinauiuit formam serui accipiens humiliavit semetipsum. Ergo reformamini iuxta formam et exemplum a christo vobis datum. Nota ad propositum experimentum quod dicunt naturales de aquila. Quando ex antiquitate propter nimiam curuitatem rostri non potest cibum capere allidendo rostrum ad petram renouat. De hoc dicit David. ps. cii. Qui replet in bonis desiderium tuum renouabitur ut aquile iuuentus tua. Aquila antiqua est persona superba. curuitas rostri est quedam consideratio propter excellentiam vel generis. quia miles vel nobilis etc. quia magister vel doctor in scientia. vel quia diues et posset emere omnes istos. vel quia iuuenis vel fortis. et sic despiciat alios. ex tali consideratione venit superbia. Idem de mulieribus quando mulier cogitat ego sum pulchrior de villa. scio tripudiarum. cantare. etc. venit superbia in corde. Idem etiam de excellentibus spiritualibus de quibus deberet deum laudare. curuatur rostrum ad propriam excellentiam. Nota ad hoc exemplum quod habetur Luc. xviii. de phariseo qui dicebat. deus gratias ago tibi. quia non sum sicut ceteri hominum raptores. iniusti. adulteri. ieiunio bis in sabbato. decimas de omnium que possideo

Ecce quomodo curuabat rostrum ad seipsum. Ex quo sequuntur duo mala. Primum quod non potest sumere cibum. scilicet spiritualem. quia ex illa superbia perdidit consolationes et dulcedinem anime. et clausa est ianua per superbiam. Ideo. i. Pet. v. humiliamini sub potenti manu dei. subdit. quia superbis deus resistit humilibus autem dat gratiam. Secundum malum quod sequitur. quia persona superba ad instar aquile tota est pomposa. Primo in magnis manibus. Secundo in caudis. ecce aquila. Istis clausa est ianua paradisi. rostrum habent curuatum dicendo ego sum in magno genere. ego portavi thronum. Sa. lomon. Vanitas vanitatum et omnia vanitas. Eccl. i. Remedium quod habemus ad instar aquile. queramus lapidem fortem. Iste lapis est christus de quo David. lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. ps. cxvii. In isto lapide percutiamus rostrum considerando humilitatem christi. Praxice. Si quis habet desiderium ascendendi ad dignitatem regimen etc. Cogita si christus voluit habere regimen dignitatem honores. et inuenies quod non. Idem de desiderio ornandi. Respice si christus voluit ornari et vestiri. et inuenies quod triginta tribus annis portauit eandem vestem pauperrimam. Idem de superbia in equis. mulis et etc. percute petram que nunquam voluit equitare nisi per necessitate in azino Zacha. ix. et Matth. xxj. Idem de superbia recipienti vindictam. christum respice et videbis quod noluit se vindicare de inimicis licet esset magnus. imo dixit. Pater dimitte illis. quia nesciunt quid faciunt. De hoc auctoritas David ps. cxxxvj. Beatus qui tenebit. scilicet humilitatem et allidet puulos suos scilicet motus superbie ad petram. id est ad christum. Tunc poterit recipere cibum anime. Secunda virtus necessaria ad reformationem vite est liberalis pietas que ordinat hominem circa primum quando de gratiis sibi a deo factis facit partem primo verbi gratia. Si deus facit tibi gratiam de intellectu inuua ignorantem ne erret vel decipiat. Si es deuotus et timens deum et primus est peccator. dulciter corrige ipsum. Si habes bonam eloquentiam. loquere pro proximo qui nescit loqui etc. Sic facis partem sibi de bonis spiritualibus. Idem facias de bonis temporalibus et corporalibus. Si tu es fortis et primus sit violentia defende. Si es nobilis vel miles potens in villa. defende viduas et pupillos qui persecutionem patiuntur. Idem de pecuniis da pauperibus. Ecce quid est liberalis pietas benedictus qui sic reformatur. Auctoritas. Quisquis sicut accepit gratiam in alterum illam ministrans sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. i. Pet. iiij. Nota de hoc experimentum in natura de serpente probatum a philosophis. Quando serpens propter duriciam pellis non potest se bene mouere abstinet per multos dies. tandem ad strictum foramen dimittit pellem duram. hic

Dñica infra octa. Epiphaniæ

serpens significat psonam auaram duplici rati-
one. Prima quia deus dedit serpenti terram ad
comedendū. ait dominus deus ad serpentem. ter-
ram comedes omnibus diebus vite tue. Gen. iij.
Sic auarus comedit terram. quia semper habet
formam vel terram in ore suo loquendo de nun-
dinis foris etc. Secunda ratio. quia serpentes
nō incedunt recte sed serpendo tortuose. Idē de
diuite auaro quādo paup homo venit ad eū vt
mutuet sibi amore dei decē florenos. Si respon-
det certe libenter amore vestri. modo incedit re-
cte. Sed quando dicit. Ecce quādo veniet nota-
rius dicetis q sint duodecim. et ita ponet in car-
ta. Ecce tortuosus. vel quādo recipit possessiōes
in pignore et interim recipit fructus. Ecce iniqui-
tas vel quādo vedit plus pp̄ solutionis dilati-
onē vel quādo emit pro minori precio pp̄ter de-
narios promptos vel solutionis anticipationem
Ecce dolum. vel quādo obligat ad molendū in
suo molendino etc. De tali dicit scriptura sancta
Cor tuum nō est rectum coram deo in felle ama-
ritudinis et obligatione iniquitatis video te esse
Acti. viij. Ecce serpens cum duricia pellis q nō
potest se mouere ad opera misericordie et pietatis
Remedium ergo ad instar serpētis qui facit duo
p̄mo abstinet et caro restringit. secundo transit p
artum foramen et dimittit pellem. Ita debet fa-
cere vsurarius. p̄mo debet abstinere ne decetero
faciat vsuras. iuxta consilium apostoli. Qui su-
rabaſ iam nō furetur. magis aut laborer manib⁹
suis quod bonum est vt habeat vnde tribuat ne-
cessitatem patienti. ad Eph. iij. Secūdo oportet
ipsum transire p̄ strictum foramen restitutionis
dicunt aliqui. nō habeo de quo restituas. credūt
q ex quo nō habent pecunias supfluas q non te-
neant restituere. vendatis. agrum. domum. vi-
neam. seu vasa argentea. Quoniam regula est the-
ologorum et etiam iuristarum q nō dimittit pec-
catū nisi ablatum restituatur. xij. q. vj. Si res.
De restitutione sanctus Thomas pulchre et sa-
lubriter determinat. scda scde. q. lxij. qui in secū-
do articulo dicit q restituere est de necessitate sa-
lutis sicut etiam seruare iusticiā. Alius dicit. Ego
ponam in testamento etc. Interim tu ibis ad in-
fernum. Illi qui faciunt restitutionem saluantur
solum. Restituatis et eritis reformati ad instar
serpentis in vita vestra. De hoc autoritas. Ex-
poliantes vos veterem hominem cum actib⁹ su-
is et inuentis nouum hominem qui renouat in
agnitionem dei fm imaginē eius qui creauit eū.
ad Col. iij. Tertia virtus que facit reformare
creaturā est pura castitas que ordinat hominem
erga corpus proprium. Si quis vixerit luxurio-
se de cetero corrigat et emendet se. Sic qd est
luxuria. Vir et vxor seruantes modum debitum
nō faciunt luxuriam que sit peccatum mortale.

Sed omnes alij qui volūt gustare etc. peccāt mor-
taliter. Nam apostolus. Obsecro vos per mise-
ricordiam dei vt exhibeatis corpora vestra ho-
stiam viuentem sanctam deo placentem rationa-
bile obsequium vestrum. Nolite conformari hu-
ic seculo. sed reformamini in nouitate sensus ve-
stri. ad Rhoma. xij. Nota ad propositum ali-
quod experimentum in natura de terra. Nam cū
in hieme sit lutosa et sterilis tandem in estate mū-
dat et fructificat. Idē de persona luxuriosa. quā-
do perdit calorem ignis diuini amoris et bonorū
operum. amittit delectationes angelorum. et dat
se delictis porcorum. Sed quādo venit estas. scz
calor amoris dei persona mundaſ et fructificat.
Autoritas. Emitte spiritū tuū et creabūt et reno-
uabis faciē terre. ps. ciiij. Deo grās.

De eadē dñica infra octa. Ephie. Sermo tertius

Deus diuisit mē-
suram fidei. ad Rhoma. xij. Scien-
dum q apostolus Paulus volēs
nobis declarare dignitatem et excel-
lentiam fidei christiane sup omnes alias doctrinas
dicit. Tantū nos habentes impositam nubem te-
stium deponentes omne pondus et circūstās nos
pctōz p patientiā curram⁹ ad ppositū nob certa-
mē aspiciētes in auzorē fidei et cōsumatorē iesum
ad Heb. xij. Nota nubē. i. testium multitudinē te-
stium. Ex hac autoritate habetur q licet sint mul-
ti testes fidei catholice. tamen vnus est magister
solus et doctor principalis. scz christus. Sicut in
scola vnus est magister pncipalis et doctor et bac-
calarij et repetitores. Sic in scola christianitatis
vnus est doctor et magister pncipalis. scz christ⁹.
Ideo dicit ipse. Nolite vocari rabbi. i. magistri
scz in fide catholica vnus est em magister vester
Matth. xxij. Apostoli aut solum fuerunt bac-
calarij et repetitores fidei. Ideo dicit aspiciētes
in auzorem fidei. id ē. inuentorē et cōsumatorē
quia christus declarando fidem ipsam consum-
mauit seu perfecit et confirmauit per miracula q
a solo deo possunt fieri et non per creaturam. om-
nes alie scientie seu doctrine mechanice habent i-
uentorem purum hominem vt sunt septem libe-
rales artes. Idem de medicina et ceteris legib⁹
Idem de arte politica et iconomica. S3 fides ca-
tholica est a solo christo primo inuentore. et prin-
cipalior est fides catholica et sacra doctrina et the-
ologia omnibus alijs scientijs humanitus inuen-
tis. vt dicit sanctus Tho. j. parte. q. j. arti. v. qd
probat et de speculatiuis et practicis. de specula-
tiuis probat tum propter certitudinem. tum pro-
pter materie dignitatem. de practicis vero pro-
bat ex parte finis. vnde concludit doctrinam sa-
cram fm omnem modum digniores esse alijs sci-
entijs suple humanitus inuentis. Quod confir-